

Caput vigesimum secundum.

333

positis, Decanis, Prælatiſ & perſonis ac Capituliſ & conven-
tibus exemptiſ & non exemptiſ, omnium & ſingularum civita-
tum & diceceſium, regni Siciliaſ ſeu terræ citra Farum, excep-
tiſ inſula Siciliaſ & dilectiſ filiis Cluniaceniſibus Matiſconeniſis
diceceſiſ, & ſancti Victoris Maſſilieniſiſ dicti ordinis Monaste-
riorum Abbatibus & Conventibus ac Prioribus & aliis perſo-
niſ eiſ ſubjectiſ, quibus Abbatibus per alioſ noſtraſ litteraſ
mandamus, quod pro dictiſ ſuiſ Monasteriis ſolvant, & ab eiſ-
dem ſubjectiſ eiſ Monasteriis, Prioribus & perſoniſ exigant fe-
xageſimam prælibatam de univerſiſ fructibus, redditibus & pro-
ventibus ſuarum Eccleſiarum, Monasteriorum, Prioratum,
dignitatum, perſonatum, officiorum, adminiſtrationum &
beneficiorum, quæ obtinent in dictiſ civitatibus & diceceſibus
regni prædicti.

Alia pene innumera inſtrumenta exſtant in eodem archivo
Caſinenſi, quod inter nobiliſſima Europæ jure accenſetur: ſed
quæ jam adtulimus ad ſpecimen ſatiſ ſunto.

C A P U T X X I I I.

*De Albano Caſtro, & de veteriſ Alba ſitu. De Monasterio
Cryptæ Ferratæ. Bibliotheca ibidem. Inſcriptio eruta.
De oſſuariis. De Tibure. Monasterium Sublacenſe. De
lacu Anienſiſ & de aliis e vicino poſitiſ. Aliud Monaste-
rium ad Vicum Varroniſ ſitum. Inſigniſ Romanorum
aquaductuſ.*

POST peractum Neapolitanum iter, dum in Urbe verſare-
mur, animi cauſâ ſubinde in vicina & a priſciſ illiſ Roma-
niſ frequentata loca conſeſſimus, in Albanum ſcilicet caſtrum,
olim Alba longa, cui ſuam Roma refert originem. *Albano* jam
oppidulum eſt in clivo Albani montiſ ſitum viâ Appiâ. Aiunt,
haud certiſ indiſciſ, Albam non eodem proriſ ſitu fuiſſe: ego
vero crediderim, Albam quidem longe majore quam hodie
ambitu fuiſſe; ſed quæ jam ſuperſunt, veteriſ Albæ partem oc-
cupare. Cuiuſ rei haud leve inde putatur indiſcium, quod ru-

T t iij